



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 Ordines furtim suscipiens, excommunicationis poenam incurrit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- interdici possunt, *capit. 3. eadem sessione.*
- 28 † Quando autem suspensio ipso jure incurritur, ministrans in ordine, aut celebrans efficitur irregularis, *cap. 1. in de sentent. excommunic. in 6. Abb. in cap. si celebrat, num. 4. vers. suspensus majori, de cler. excommunic. ministr. Felyn. in cap. Apostolic. num. 16. in fin. vers. & scias, de except. & Tolet. in instr. Sacerd. cap. 45. sub numer. 2.*
- 29 Quarto, † qui se ingerit in multitudine ordinandorum, ut ab Episcopo pluribus præoccupato sine examine ordinetur, ordines furtivè suscipiendo, ut per gloss. in *cap. 1. in verb. furtivè, de eo qui surt. ord. suscip. & ibi Abb. in rubr. & in cap. 1. numer. 1. & cap. Lugdunen. 9. question. 2. pœnam excommunicationis, quæ regulariter auctoritate ordinaria ante ordinationem intimatur, & promulgatur, incurrit, de qua in eodem capit. 1. & Abb. numer. 4.*
- 30 Quinto, † cum præposterè quis ordinatur puta ad diaconatum, priusquam esset subdiaconus, quia, licet character imprimaatur, *cap. un. & ibi gloss. in ver. ministrare, de cleric. per salt. promot. † tamen est ei interdicens administratio, donec ad priorem ordinem, quem non suscepit, promoveatur, cap. sollicitudo, 76. distinct. Et taliter promotus in præposterato ordine ministrans scienter, incidit in pœnam tituli de cler. non ordin. ministr. & non potest cum eo, nisi per Sedem Apostolicam, dispensari, Hostien. in summ. de cler. per salt. prom. s. ult. in fin. & Navar. in cap. 27. nu. 342. tom. 3.*
- 32 Sexto, † per promotionem à simoniacò, quo casu promotus, licet recipiat ordinem, non recipit tamen illius executionem, Hostien. in summ. de temp. ord. s. & à quo, numer. 6. & 7. vers. quid si signorem. Eandemque pœnam incurrit, qui simoniacè ordinatur, ut est text. in c. 2. s. 1. in fin. in extravag. com. de simo. & Grass. decis. aur. cap. 98. num. 5. par. 1. lib. 2. ubi per illam extravag. post Navar. cap. 23. num. 111. vers. quarto, & quinto, lib. 3. tenent, quod simoniacè promotus est excommunicatus.
- 33 Septimò, † qui, cum patrimonium non haberet: fictè, non autem realiter, à parente, vel amico, patrimonium sibi obtinuit assignari, ut ad subdiaconatus ordinem posset promoveri, & est ipso jure suspensus, nec ad superiores ascendere potest, nisi secum fuerit dispensatum, *cap. perpetuas, num. 5. Nemo enim potest ad ordines sacros promoveri, nisi beneficium ecclesiasticum, aut patrimonium, vel pensionem habeat redditus competentis, eorum ex quibus fructibus commodè vivere possit, c. Episcopus, c. suis de prob. & dign. c. sanctorum, 70. dist. c. si Episcopus de prob. in 6. & concil. Tridentin. in cap. 2. de reform. sess. 12. titulus autem hujus patrimonij debet esse verus, cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: competuntque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis constringunt, se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere, Unde statuit sancta synodus, † ne quis deinceps clericus secularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, & scientia, & ætate, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod*